infeudati, ubi pedem manendi figentes, nobiles de Santersleve multis temporibus sunt vocati. Harum itaque ecclesiarum ceterorumque bonorum collatio adhuc ad dominium de Schowenborg spectat et pertinet usque in praesens[4]. Conrado ergo praefato curiam solemnem in Minda per biennium tenente[5], quidam ex his nobilibus nomine Adolfus, his intellectis, Mindam properans et se in Mindensis episcopi Sigberti notitiam familiariter exhibens, causarum et negotiorum ipsius tam strenuum, tam fidelem et tam prudentem exhibuit, quod tandem ab imperio per episcopi promotionem gradum nobilitatis, scilicet cometiae, promeruit[6]. Adolfus itaque comes factus velut industrius futura prospiciens, generositatem erga se considerans, montem, qui olim Mons Urticarum sive Nettelenberg teutonice dicebatur, in feudo recipit, camerarius episcopi per successionem perpetuis temporibus factus castrum Schowenborg, quod Speculationis castrum interpretatur, fundans, relicta Saxonia orientali sive nova, occidentalem Saxoniam circa partes Weserae coepit inhabitare. Quod quam nobiliter et virtuose in cunctis processit, Slavorum

---

4) Die Urkundenſammlung der in Bückeburg befindlichen Handſchriften ſchaumburgſcher Geſchichte von dem verſtorbenen Kanzleirath Capaun enthält unter №. 1 ein Verzeichniß ſchaumburgiſcher Lehen in den Stiftern Magdeburg und Halberſtadt aus dem Jahre 1487.

5) Die Angabe in dem Chron. Mindense incerti auctoris (Meibom l. c. p. 560): Sigbertus XV. episcopus. Iste a Conrado II. imperatore, qui annis duobus Mindae curiam solemnem in platea, quae „Camp“ dicitur, tenuisse perhibetur etc. kommt jedenfalls der Geſchichte bezüglich des Aufenthaltes Conrads II. in Minden näher. Denn derſelbe iſt nur zwei Male 1024 und 1033 kurze Zeit in Minden geweſen. Das per biennium, ſo wie das Jahr 1030 ſind jedenfalls falſch. Stenzel, Geſch. Deutſchlands unter den fränkiſchen Kaiſern I, S. 198. Erhard, Reg. hist. Westfal. I, Urk. 936. Nr. 965.

6) Wir haben hier wieder die ſchon Note 3 gerügte, durchaus unhaltbare Standeserhöhung. Auch leuchtet das Beſtreben der geiſtlichen Chroniſten, die Schaumburger von vornherein in ein Abhängigkeitsverhältniß zu den Biſchöfen von Minden zu bringen, ziemlich deutlich hindurch.

http://digital.slub-dresden.de/ppn33393188Z/28